UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Matrimonium non admittere co[n]cubinatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

Adam ſi viueret, non poſſet ducere vxorẽ.

*eſt illud Accurſij: ſi Adam hodie viueret, non poſ-
ducere vxorem, propter lineæ aſcendentis ac deſcen-
dentis prohibitionem infinitam. glo. in d. §. Et qu-
hac parte plus iuſto prolixiores ſimus, breuiter ſen-
dum eſt, quotieſcunq; matrimonium contra legem
terdicta contractum fuerit, ibi neque nuptiarum,
que viri, neq; vxoris, neque dotis vllum ius eſſe,
appellationem: ad hæc contrahentes pœnas variis
currere, vt Imp. ait in § ſi aduerſus. Inſt. eod. tit.
cæteris impedimẽtis copioſè tractatur in Iuſtinian.
C. & Auth. tit. de nupt. & C. de inceſt. & inutil.
& C. de interdict. matrim. &c.*

MATRIMONIVM *NON ADMITTERE CONCVBINATVM.*

IVSTINIAN. IMP. IN L. FI. IN FI. C. commun. de manumiſſ. &c.

Vxorẽ ſimul & concubinã habere non licet.

HOminibus vxores habentibus concubi-
nas habere, nec antiqua, nec recentia
iura concedunt.

CONSTANTIN. IMP. IN L. VN. C. de concubin.

NEmini licentia concedatur, conſtante ma-
trimonio concubinam penes ſe habere.

IDEM IMP. IN L. 1. C. DE natural. liber. &c.

Concubinis non poſſe donari.

Concubinarum veneno

*VEtat nec ipſis concubinis aliquid relinqui, vel
donari, vel ficto titulo vendi, vel concedi, ſi
harum venenis infici animos perditorum, ait, & po-
*

puram liberalitatem eſſe, quæ in caſdem confertur: rectè igitur dicitur Meretrices fuge. vt in c. meretrices. 22. q. 4. Quia ſacerdos dando pœnitentiam non poteſt permittere, vt retineatur concubina. arg. §. ſi autem & ibi glo. ſup. ver. accipere. Auth. de ſanctis. Episc. &c. coll. 9. Et nati ex concubinis viliſsimis, & patribus in dignitate poſitis, ſunt ſpurij & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quàm contractus: & quod eis aufertur, quibuſdam perſonis in lege notatis, applicatur, quibus recuſantibus, vel non extantibus, fiſco locus datur. per d. l. 1. C. de nat. liber. &c.

inficiuntur perditi.

Concubinatus inter Chriſtianos non ferendus.

DE SOLVTIONE MATRIMONII, SEV DIVORTIO, eiusque cauſis.

THEODOS. ET VALENTINIAN. A.A. in l. conſenſu. C. de repud. &c.

Conſenſu licita matrimonia poſſe contrahi, contracta non niſi miſſo repudio diſſolui præcipimus. Solutionem etenim matrimonij difficiliorem debere eſſe, fauor imperat liberorum. Cauſas autem repudij hac ſaluberrima lege apertius deſignamus. Sicut enim ſine iuſta cauſa diſſolui matrimonia iuſto limite prohibemus: ita aduerſa neceſsitate preſſum, vel preſſam, quamuis infauſto, attamen neceſſario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritum ſuum adulterum, aut homicidam, aut veneficum, vel certè contra noſtrum imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine

Matrimonia non facile diſſoluenda eſſe.

Diuortiũ quibus ex cauſis admittatur in viro.